

CHRISTIANI WOLFII  
JUS NATUREÆ  
METHODO SCIENTIFICA  
PERTRAGTATUM,  
P A R S   Q U I N T A,  
D E  
C O N T R A C T I B U S  
O N E R O S I S R E L I Q U I S,  
Q U A S I C O N T R A C T I B U S,  
Modis tollendi obligationem ex Contractu,  
ET DE JURE IN RE SUA ALTERI CONSTITUTO,  
VELUTI PIGNORE, HYPOTHECA ET SERVITUTIBUS,  
ET NUNC PRIMUM CUM  
VIRI CL. DE VATTEL  
ANIMADVERSIONIBUS,  
EDITIO Novissima EMENDATOR, ET AUCTIOR.



F R A N C O F U R T I , E T L I P S I Æ,  
M D C C L X V .

---

M E R E S O C I E T AT I S V E N E T I E,  
S U P E R I O R U M F A C U L T A T E, A C P R I V I L E G I I S .

*Serenissimo ac Potentissimo Principi ac Domino Domino*  
**FRIDERICO REGI BORUSSIÆ,**

Marggravio Brandenburgensi, Sacri Romani Imperii Archi-Camerario & Principi Electori, Supremo Silesie Duci, Principi Supremo Araisionensi, Novi Castris & Valengia, necnon Comitatus Glacensis, Geldria, Magdeburgi, Cliviæ, Juliaci, Montium, Stetini, Pomerania, Caßubiorum, Vandalorum & Megapolis, necnon Crofnae Duci, Burgravio Norimbergenfi, Princeps Halberstadti, Mindæ, Camini, Vandalii, Sverini, Raceburgi, Ost-Frisia & Muriæ, Comiti Hohenzolleræ, Ruppi, Marcæ, Ravensbergi, Hohensteinii, Tecklenburgi, Sverini, Lingæ, Buræ & Leerdami, Domino Ravensteinii, Rostochii, Stargardia, Lavenburgi, Butovia, Arlayæ & Bredæ. &c. &c. &c. Regi ac Domino meo longe Clementissimo.

**R E X A U G U S T E:**



*A* est rerum humanarum facies, ut incertus plerumque sit eventus. Consilia perspicacia & sapientia, acta solertia & prudentia regit, eventus vero expectantur. Meritorum adeo mensuram non eventus, sed consilia & acta implent. Non tamen propterea eventus prorsus in fortunam conjicitur, sed in deliberationem maxime cadit. Eventus cœci sunt, quod oculis humanis se subducunt, quæ consilium explicaturis comitabuntur. Ast cum sagaci menti futura quodammodo prævidere detur, quantum ad negotium probabiliter gerendum sufficit, in consultatione non postremum locum obtinet accurata eventus consideratio. Et quamvis impossibile sit, ut ex dubitationum fluctibus totus emergat animus, argumentis probabilibus in diversas partes se ostendentibus; ad legem tamen fit electio, ne nos periculis sine causa offeramus. Satis hoc exploratum est illis, quos populorum



# JURIS NATUREÆ P A R S Q U I N T A.

De Contractibus onerosis reliquis, quasi contractibus & Jure in re sua alteri constituto.

## CAPUT PRIMUM.

### De Contractibus onerosis reliquis.

**S**i certa species monetæ detur, ut alter eam accipiens det pecuniam in alia monetæ specie, contractus permutatio est. Etenim si certa species ratione specie monetæ detur, ut alter eam accipiens det pecuniam in alia monetæ specie, species monetæ considerantur tanquam res mobiles diversa speciei, non vero tanquam premium rerum aliarum: quod per se patet. Datur igitur res aliqua ab uno, ut alter eam recipiens det rem aliam. Enimvero si quis dat rem quandam alteri, ut ab eo vicissim recipiat rem aliam, contractus permutatio est (§. 879, p. 4 Jur. nat.). Quamobrem permutatio est, si certa species monetæ detur, ut alter eam accipiens det pecuniam in alia monetæ specie, seu alieni monetæ speciem.

Ica ex. gr. permutatio monetarum grandiorum, veluti fiorens, cum pecunia minuta, monetarum argentearum cum aurea, monetarum aurearum certarum specierum cum moneta aurea alterius speciei, vellati

ducatos cum nummis aureis Gallicis, vulgo Lédoivicians dictis, vel ducatos Hungaricus cum Batavis.

### §. 2.

Quoniam si certa monetæ species pro alia detur, contractus permutatio est (i.); *Quoniam que de permutatione demonstrata sunt, ad contractum quoque, quo certa species monetæ de causa pro alia specie datur, applicanda sunt.*

Pecuniam cum pecunia permutari posse, si spe-  
cierunt tanquam corpus, non tanquam premium  
rei alterius, alibi jam demonstravimus (§. 889.  
part. 4. Jur. nat.), ut ideo non opus sit de hac

permutatione in specie denso demonstrari, que  
de omni permutatione in genere demonstrata  
sunt.

Wolfii Jur. Nat. Tom. V.

A


§. 2.

QUÆSTIONES  
DE JURE NATURALI  
CUM ANIMADVERSIONIBUS IN OPUS  
C. L. WOLFII  
DE JURE NATUREÆ  
AUCTORE  
DOM. DE WATTEL

Ex Gallico in Latinum conversæ.



CL. DE WATTEL  
 QUÆSTIONES  
 DE JURE NATURALI  
 ET ANIMADVERSIONES  
 IN CL. WOLFII  
 PARTEM SEXTAM.



*§. 8. Jus immutandi sine jure alienandi inutiliter restringitur ad alium.*

**A**ddendum proculdubio, nisi *ad finit rationes extrinsecae*. *Jus enim immutandi fundum alienum, aut mutationes interdicendi, utile posset esse ratione* extrinseca e. g. *jus hoc in agrum vi De jure immutandi, ne in eo domus ædificetur, aut stagnum effodiatur, aut opus aliquod noxiuum efficiatur.*

*§. 59. Emphyteuta in gratiam domini emphyteuseos emphyteus in remittere posset; O quando hoc facit, dominus emphyteuseos fit jure pleno dominus rei emphyteutice, remissio sacram hæc fieri negat, domino emphyteuseos invito.*

Postrema pars propositionis minime probata est. Contractus enim emphyteus in remitti posset emphyteutica phy.



# JURIS NATUREÆ PARS SEXTA.

De Dominio utili & Juribus ac obligationibus nonnullis Miscellaneis.

## C A P U T I.

### De Dominio utili & ejus Speciebus quibusdam.

#### §. 1.

**D**ominion *utile* dicitur, in quo jus utendi fruendi prorsus liberum, seu nullo modo restrictum, proprietas vero aliquo modo restricta est ad alium. Dominium utile quodnam dicatur.

Continet nimurum dominium proprietatem, jus utendi & jus fruendi (§. 136. part. 1. *Jur. natur.*), &c. si plenum fuerit, eidem inest proprietas, ac jus utendi fruendi nulla ex parte diminutum (§. 137. part. 2. *Jur. nat.*). Quodsi ergo quis habuerit jus utendi ac fruendi prorsus

liberum, ast proprietatem non prorsus liberam, sed ex parte ab alio quodnam pendentem, qui quidpiam ejus participat; dominium erit utile, sc ita dicitar, quia qui id habet, omnem ex re percipit utilitatem, que ex ea quomodounque percipi potest, solus.

#### §. 2.

Qui dominium *utile* habet, *dominus utilis* appellatur. Quamobrem cum in dominio utili jus utendi fruendi sit prorsus liberum, proprietas vero aliquo modo restricta ad alium (§. 1.) ; *dominus utilis de usu & fructu rei pro arbitrio suo disponere potest, nam sit & de ipsa autem substantia non prorsus pro arbitrio suo disponere valer* (§. 118. part. 2. *Jur. nat.*), consequenter *re uti ac frui potest, non modo sicuti est, verum etiam prout vult, quamdiu non nocetur juri alterius, ad quem proprietas restricta est, omnemque ex se utilitatem solus capit.*

Nimirum ex modo, quo restriguntur proprietatis, judicium faciunt de eo, quod facere non licet domino utili (§. 910. p. 1. *Jur. nat.*). Naturaliter nulla adest necessitas, ut proprietas certe modo restrigatur; sed pender restrictive a voluntate eorum, qui quicquam juris sui in aliud transferunt. Originarie enim dominium plenum est, nec illo modo restrigitur; et quando dominia rerum in alios transferri cepe-

runt, cum modus transferendi vi ipsius dominii pendaat a voluntate transferentis (§. 11. part. 3. *Jur. nat.*), transferentium quoque voluntas debet legem restrictionis proprietatis. Quamobrem in genere definiri nequit, quomodo in dominio utili restrigendam sit proprietas. Non tamen proprieas iura & obligaciones, que ex dominio utili descendunt, arbitraria sunt: posita enim lege restrictionis, necessario resultant ac inde